



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 66. Valdenses rursus a Minerio primo Senatus Præsidente vexati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

## §. LXVI.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1545.*Valdenses rursus a Minerio primo Senatus Præside vexati.*

Quamprimum Merindolani suam fidei professionem exhibuerant, mox Aquensis Senatus ad eos ablegavit Joannem Durandium Cavallonensem Episcopum unacum quibusdam Theologiæ Doctoribus, qui hosce hæreticos erroris sui convincerent, eosque, si tamen docilitatem ac submissionem ostenderint, ad veritatis semitam revocarent, eos vero, quos sectæ suæ pertinaciter insistere, ac correctionis impatientes deprehenderint, ad Curiam deferrent. Verum illi de suis erroribus decedere sibi integrum præfracte negabant, quoniam vero Rex totam eorum causam ad suum Senatum devolvi jusserat, haud acerbiora experiebantur, quamdiu Chafaneus in vivis erat, eo autem defuncto Joannes Minerius Baro de Oppeda illius successor denuo hosce contumaces severius vexare cœperat, datisque ad Regem literis hæc nuntiabat: „Valdenses adeo non Regis clementiam implorant, ut etiam sese ejusdem mandatis palam opponere non erubescant, hinc jamjam suorum sexdecim millia contraxerunt, urbem Massiliensem vi occupare intenti, spretisque induciis,

T 3

„quas

*De Thou  
hist. l. 6.  
Bouche hist.  
de Provence  
liv. 10.*

**Sæcul. XVI.**, quas ipsis Curia perbenigne indulse-  
**A C. 1545.** „rat, ipsi agros continuato furore de-  
 „populati sunt, Sanctorumque & Chri-  
 „sti Crucifixi imagines, & altaria con-  
 „fregerunt, ac combusserunt, cum ta-  
 „men Regis Ministri illis nullam adhuc  
 „vim intulissent: imo, ut paucis cun-  
 „cta complectar, jam a longo tempore  
 „totam, qua late patet, Provinciam in-  
 „genti calamitate opprimunt, illamque  
 „cum majori crudelitate devastant,  
 „quam publici viarum grassatores. „  
 Sub idem tempus Ludovicus Curtinus  
 Curiae satelles mittebatur, ut Procura-  
 toris generalis nomine postularet, qua-  
 tenus sententia contra contumaces hos-  
 ce incolas pronuntiata executioni da-  
 retur.

## §. LXVII.

*Sententia in Valdenses lata Regis  
 jussu effectui data.*

*Duplex l. c.*  
*anno 1548.*  
*p. 497*  
*De Tiou l. c.*

**R**ex comperta horum pertinacia haud  
 parum exacerbatus, ac præcipue a  
 Cardinale Turnonio capitali spuriae re-  
 formationis inimico stimulatus mense  
 Januario hoc anno Christi millesimo  
 quingentesimo quadragesimo quinto no-  
 vum Diploma promulgari jussit, vi cu-  
 jus Aquensi Senatui in mandatis da-  
 tum, ut sine moræ dispendio sententiam  
 anno Domini millesimo quingentesimo  
 qua-